



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Rixosi, Vindicativs.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

54. *Qui, quod novit, loquitur, index justitia est, qui autem mentitur, testis est fraudulentus.* Prov. 12. *Erubescant impii, & deducantur in infernum. Muta fiant labia dolosa.* Pl. 30. *Odisti observantes supervacue.* Pl. 34. *Fraudulenti sua propriâ sæpè capiuntur vel irretiuntur astutiâ. In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.* Pl. 9. *Hoc illi sciunt, qui capti sunt reti, quo alios voluerunt involvere. Meliora sunt vulnera diligentis, quàm oscula odientis.* Pl. 27. *Fraude ne quidem res bona urgenda. Nunquid Deus indiget vestro mendacio? aut placebit ei, quem celare nihil potest, aut decipietur ut homo vestris fraudulentis.* Job. 13. *Demum quid juvat te homo pseudopolitice vim & vires tuas ponens in complimentis sive completis mendaciis. Si videaris vir honestus sincerus huic illi benevolus, & in extremo die coram omnibus appareas mendax fraudulentus, & ideo omnes te exhibilent & execrentur, an hoc non cordi ducis stulte?*

Rixosi, Vindictivè.

E *fice derisorem, & exhibit cum eo iurgium. cessabuntque causa & contumelia.* Prov. 22. *Sic quidam superior religiosus jubebat statim exire ex cubiculo rixas inchoantem, ad quod ad caritatem magis fovendam conventum erat. Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt.* Pl. 13. *Qui vindicari vult, à Domino inveniet vindictam, homo homini reser-*

vat iram, & à Deo querit medelam. In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur. Memorare timorem Dei, & non irascaris proximo. Abstine te à lite, & minues peccata. Eccl. 28. Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei usque septies? dixit illi Iesus, non dico tibi septies sed usque septuagies septies. Matth. 18. Vide ibidem parabolam de servo non condonante conservo, & videbis semper condonandum proximo, nec vindictam ex odio erga inimici personam sumendam. Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas ejus & sumas scandalum (seducaris ad idem) anima tua. Prov. 22.

Hostes Consanguinei.

Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, ut filii sitis patris vestri, qui incalis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos. Matth. 5. Noli dicere per te diligere plus præcipi, quam humana natura patiatur. Nam sciendum est Christum non impossibilia præcipere, sed perfecta à Davide, Stephano, Paulo, &c. Ita Hieron. cum ergo ab actu bonasit argumentatio ad potentiam, in his & aliis præceptis difficilioribus teste S. Script. ab hominibus cum Dei gratia impletis, iterum confundantur Hæretici dicentes ea servatu esse impossibilia. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, & lingua Eucharis in bono homine abundat. Eccl. 6.